



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Monasterium S. Petri in monte Matrona. apud Bauaros.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

to, Chritti millesimo centesimo quadragesimo octauo. Item ab Alexandro diuisum est hoc monasterium ab Haffligemiensi, de consensu Abbatis Haffligemiensis, vt idem Abbas eligatur, per Guilielmum Remensem Archiepiscopum. Actum anno Domini millesimo centesimo octogesimo octauo. Item præsente Philippo Flandrensi Comite, monasteriū Haffligemiense quitauit Ecclesiam prædictā & liberam ab omni iurisdictione penitus, & absolutam clamauit, consentiens super electione Abbatis ibidem. Actum an. Domini millesimo centesimo octogesimo octauo. *Hactenus ille.*

CAPVT LXXX.

*Monasterium S. Petri in monte Matrona.
apud Bauaros.*

IN vertice Matronæ montis, qui in superiori Bauaria D. Petro dicatus, Oeno continuatur, supra castrum *Falckenstein*, atque in illius ditioe situm monasterium *Berchtoldus Comes ab Andechs & Dissen*, Monachis S. benedicti ædem condidit, circa annum 1100. Sic Auentinus. Alibi sic ponit, *Arnulphi Comitis filij, Poppo, Berchtoldus primus, Otto Vvolfratshusius, & Gebhardus, hoc monasterium fundarunt.* Defecit hoc monasterium postea, atque excisum est eo bello, quod Rudolphus **D**UX Bauariæ, iussu soceri, sui Adolphi, Rom.

1100.

Regis

Regis, contra Menardi Ducis Carinthiæ & Comitis Tyrolensis filios rebelles Imperij, gessit. Monachis in exilium actis, Conradus ad *Hornstam* eiusdem religionis, sacras reliquias ac librum Missalem perueterem (quæ adhuc hodie monstrantur,) secum abstulit, anno 1296, atque in sanctum montem *Andex* portauit, iuxta Auentinum lib. 7. Annalium. Deinde monasterium hoc in Præposituram abiit, quam Princeps plerumque alicui ex aulicis sacerdotibus confert, qui ibi vicarium habet, absque vlla animarum cura, quæ ad parochiam *Flinspach* ditionis prædictæ in Falckenstein pertinet. Ita Hundius,

Spanheimense seu Sponheimense monasterium in d. Moguntina.

1044.

ANno Christi 1044. *Euerardus* Comes de Sponheim Ecclesiam in loco qui *Mons Campi* dicebatur antiquitus, fundauit. Anno 1101. *Stephanus* Comes de Sponheim Ecclesiam in Monte campi à suis progenitoribus fundatam in coenobium monachorum Ordinis D. Benedicti erigendum curauit. An. 1123. *Megenhardus* Comes, *Stephani* filius Ecclesiam & monasterium Sponheimense, dedicandum curauit in honorem B. Mariæ & S. Martini Turonensis Archiepiscopi. Plura vide in Chronico Sponheimensi *Ioannis Tritemij* huius loci Abbatis qui obiit Abbas S. Iacobi maioris apud *Herbipolim*

1011.

S. Dyssin